Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quid destruxisti maceriam eius et uindemiant eam omnes qui preter greduntur uiam.
Exterminauit eam aper de silua et singularis ferus depastus est eam. Deus uirtutum
conuertere respice de celo et uide et uisita
uineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua et super filium quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat manus tua
super uirum dextere tue et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus
a te uiuificabis nos et nomen tuum inuocabimus.
Domine deus uirtutum conuerte nos et ostende faciem tuam et salui erimus. P. s. D-D

Exultate deo adiutori nostro iubilate
deo iacob. Sumite psalmum et
date tympanum psalterium io-
cundum cum cytharа. Bucinate
in neomenia tuba in insigni die sollempnitatis nostre. Quia preceptum israel est et iudi-
cium deo iacob. Testimonium in ioseph posuit